

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 3: De correctione Domini (11)

Ieronimus:

Peccantem quotiens deus faciendo corrigit,  
ad hoc flagellum emittit ut parcat,  
cum vero eius vitam permanentem in peccato concludit,  
flagellum emittit, sed nequaquam parcat,

ut hiis qui non corriguntur,  
presentia flagella sint in operatione tormentorum sequentium initia.

Peccatorem Deus quotiens feriendo corrigit,  
ad hoc flagellum emittit ut parcat.  
Cum uero eius uitam in peccato permanentem feriendo concludit,  
flagellum emittit, sed nequaquam parcat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 18.22 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., pp.907-8, ll.1-5).

Quibus tamen si consensum praebemus,  
quamlibet culpam bis feriri non posse,  
hoc ex peccato percussis  
atque in peccato suo morientibus debet aestimari,  
quia eorum percussio hic coepta illic perficitur,  
ut incorrectis unum flagellum sit quod temporaliter incipit;  
sed in aeternis suppliciis consummatur,  
quatenus eis qui omnino corrigi renuunt iam  
praesentium flagellorum percussio sequentium sit initium tormentorum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 18.22 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.909, ll.43-50).